

ideo non putamus, quoniam in his sequendo ^{a)} celebriores historias ^{a)} et annos ab urbe condita et annos olimpiadum et annos a passione Domini omnimodo concordare videmus. Verbi gratia: anno ^{b)} ab urbe condita MXLIX., olimpiadis CCXCVII. quarto anno post obitum Theodosii prioris ^{c)} Archadius in oriente, Honorius in occidente regnare ceperunt. In quorum secundo anno transiit sanctus Martinus Turonensis episcopus ^{c)}, sicut legitur in vita ipsius ¹³³⁾, die ^{d)} dominica ^{d)} anno a passione Domini CCCLXVII. Item anno ab urbe condita MCCXXIX., qui est a Gaio Iulio Cesare DXVIII. ^{e)}, sed a nativitate Domini CCCCLXXVII. ^{f)} testante Romana historia ¹³⁴⁾ circa ^{g)} principium ^{g)} regni Zenonis Odoacer Rugus Romam invasit. In his duobus exemplis, quoniam triplex annorum contestatio consonat, non video cur illis nostra estimatio contradicat. Item, quod Mauricius imperare ceperit ^{h)} anno Domini DLXXXIII. sub ⁱ⁾ indictione prima, ex ecclesiastica historia Anglorum ¹³⁵⁾ et ex epistolis sancti Gregorii Magni pape colligitur ¹³⁶⁾. Ex cuius Mauricii primo anno usque ad decimum annum Lotharii tercii seriatim absque magno impedimento scrupuli colliguntur anni ^{k)} DLIII. ^{k)}. Unde nec in illis ullam interceptionem factam esse puto. Restat ergo, ut in curriculo annorum illorum VI imperatorum scilicet Zenonis, Anastasii, Iustini senioris ^{l)}, Iustiniani Magni, Iustini iunioris, Tiberii credamus interceptos esse hos XXXIII annos, quos nobis deesse videmus. Ubi ^{m)} vel quomodo, scilicet utrum simul vel per partes intercepti sunt, nondum mihi pro certo occurrit. Et fortasse Zeno XVI annis regnavit et post eum Anastasius XXVII, ut prediximus, Iustinus vero senior non octo, ut quidam dicunt, vel XI, ut alii ¹³⁷⁾, sed XL annis regnavit, deinde Iustinianus XXXVIII, post quem Iustinus iunior XI annis ⁿ⁾ et tandem Tiberius VII annis, qui anni simul collecti fiunt CXXXIX ^{o)}; quos, si iungimus annis CCCCLXII, qui fuerunt a passione Domini usque ad imperium Zenonis, et DLIII annis, qui sunt ab initio imperii Mauricii usque ad decimum annum regni Lotharii tercii, fiunt simul MCXXXIV anni, quos

a) — a) *fehlt* A. b) annos A. c) iunioris A. c') *fehlt* A. d) — d) *fehlt* A. e) DCXVII A. f) CCCCLXXV A. g) in principio *statt* circa principium A. h) cepit A. i) *fehlt* A. k) DLIII anni *statt* anni DLIII A. l) prioris A. m) *folgt* vero A. n) *fehlt* A. o) CXXXVIII A.

¹³³⁾ Vgl. Anm. 88.

¹³⁴⁾ Vgl. Hist. Rom., MG. AA. 2, 207/10 ff.

¹³⁵⁾ Beda I, 23.

¹³⁶⁾ Vgl. MG. Epp. 1, 362 Nr. V, 57 a u. ö.; das Zitat bezieht sich nur auf die Worte *indictione I*, da Gregor die Inkarnationsära noch nicht verwandte.

¹³⁷⁾ Vgl. Anm. 131.